

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum  
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem  
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum  
festiuitatibus habitae

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII**

Iesus humilitatem, obedientia[m], charitatemq[ue] quantam in omni sua  
vita prærogauerit. Concio III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

**Christi.** da omnium nequissime, cur adeo præiosum thesaurum vilipendis? cur ven-

gutas quāta dis nobilissimum & incomparabilem: cur: inquam eum, qui nullo potest  
præcio æstimari, exponis venalem? cuius vel vna sanguinis guttula, præcio-  
sior est mundo & omnibus quæ in mundo sunt. Quomodo enim non fore  
præiosior, que pro redimendis cunctis singulisq; mortalibus fusa in omnium  
satisfactionem peccatorum sufficeret? Quis te iudicem iudicis constituit se-  
culorum? quis te illius instituit dominum, ut vendendi eius tibi arroges po-  
testatem? nesciebas ipsum illum esse, in cuius femore scriptum est, *Rex regum, & Dominus dominantium?* An ignorabas ipsum esse, ante quem domina-  
tio omnis est seruitus, cui omnis est subiecta libertas, cuius nihil est potestus

**Apoc. 15.** exemptum? Quod si omnino vendere volebas, cur saltem non æquum præ-  
cium postulasti? Sed quis pro Iesu tibi dignum redderet præcium? Certè co-  
lum terraq; & omnia quæ in eis sunt, nullius sunt momenti, comparata ad ill-

**Esaiae 42.** Venditionis lum: imò coram illo & nihilum & inane reputata sunt. Exaggerat enim vñ  
crimen quid ditionis tuæ crimen, maiestatis eius diuinæ contemptus, quod tristitia  
exaggerat.

**Matth. 26.** tum argenteis vendis incomparabilem: cuius tamen maiestas adeo est tibi ri-  
lis, ut inuidissimis ac sanguinem eius stientibus, proptereaq; nulli pecunia  
in eius necem parcitur, non solum venderes pro exigua pecunia vniuersitatem  
Dominum, inæstimabili terp; præiosum: verum etiam in arbitrium  
poneres ementium, dum eius sanguinem, dum penas, dum deniq; angustias  
mortis parvupendens, qui quid pro illo darent, satisfactum tibi decernis, &  
cens: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Ac si diceres: *Quodcum  
dederitis, quantulumcumq; id sit, accipiam in traditionis mercedem.* Heu de  
bone, quam vilis æstimaris, qui nullo præcio, sed casto tantum comparata  
amore.

### Præcatio pro Dei amore.

**D**A nobis benigne Iesu tui desiderium & amorem, quo te cunctis alijs prefera-  
res, tibi soli casta feruentis imagines inbereamus deuotione, qui sis in eternum be-  
nedictus, Amen.

### DE COENA LEGALI AC TYPICA. Theorema III.

#### ARGUMENTVM.

**I**S qui verbo, opere, signo ac exemplo profindissimam humili-  
tatem, obedientiam, perfectissimamq; charitatem docet &  
in se usque in finem exhibuit, ut superbus, ut legis prævaricator,  
ut denique scandalosus à ludis inuidis, rectitudinis eius  
fulgorem non ferentibus, æstimatur.

**IESVS HUMILITATEM, OBEDIENTIAM CHA-  
RITATEMq; quam in omni sua vita prærogauerit. Consilio III.**

**P**rima huius argumenti pars flagitat, ut ostendatur Christi humilitas, ob-  
edientiaq; eiusdem, præcipue in legis obseruatione. Certè suam humili-  
tatem

Statem mox vbi natus est, nobis ostendit. Pauper enim natus est ex paupere Humilitate virgine, virtutibus licet & gratijs opulentissima, sub tuguriolo vili, in nocte quantam non & peregrino solo constitutus, atq; in hyemis asperitate. Si ea quæ in Christi verbis & factis occurruunt nativitate, expenderimus singula, clamabitur certè ad nos ubique: etis ostendit. *Dicite a me, quia misericordia sum & humilitas corde.* Nihil enim ibi fastuosum, nihil derit. mundanum, nihil iuxta seculi prudentiam grandè ibi inuenitur, sed humilia *Lucæ 2.* omnia. *Discurre iam per singula, quæ Christus dixisse egisse legitur: quid profecto?* Quomodo enim alios inuitare ad sui potuisse imitationem, aut quomodo auctoriter dicere, *Dicite a me, quia misericordia sum & humilitas corde: nisi omnibus adest perspecta eius foret humilitas, ut absq; controvèrsia cunctis in exemplum laceret?* Neque enim gloriam suam vñquam quæsivit, sed patris sui. Et id est adest patienter culit contemptum id est ad contumelias conuicia, aut mansuetus tacuit, aut mitis simè, erudiens eos qui conuiciabantur, pauca respondit.

Porrò obedientia quando illi decesset, qui humilius semper fuit? *Exinanivit, Philip. 2.* inquit, *semetipsum, formam serui accipiens.* Et, *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Quanta igitur signa humilitatis Obedientiæ Christus exhibuerit, quæ se obedientia legi subiecerit, cui tamen haud erat obnoxius, omnia quæ dixit, quæ gesit, quæ mandauit, Euangelio teste, satis evidenter. Circumcisus est, non quod peccatum aut circumcisionis in se habet causam, sed propter nos, & ne quæpiam scandalizaret. Quomodo enim formam serui exhibebat, ita speciem dum circumciditur, exhibuit peccatoris. Sistitur in templum, natus de purissima virgine, ut pote sine viro conceperat, tamen ne disformis à legi esset, & oblatus est & redemptus, nihil in se a parentibus, hoc est, in matre, intermittens, quod ad humilitatem obedientiam legi pertineret. Observauit festa, ascensit quando debuit Hierosolymam in templum, celebravit phasæ seu Pascha, & reliqua eiusmodi iuxta legis observantiam complevit. Propterea dicit: *Non veni soluere legem, sed adimplere.* Nonne leprosis à se mundatis, præcepit: *Ite, inquiens, ostendite vos sacerdotibus,* & facite quæ præcepit Moyses in testimonium illis? Quo satis voltuit monstrare, legem se nolle destruere: quandoquidem quos curauerat à lepra, nihilo minus iuxta legem mittit ad sacerdotes. Nunquam est auditus contra legem quipiam dicere, nunquam visus obstrepare, licet hoc in phariseis argueret, quod legi suas præferrent traditiones, quod turbis observantiarum plastra impunerent, quæ digito nollent ipsi mouere: quod subditorum grauabant conscientias, dicentes peccatum vbi non erat peccatum, sicut in baptismatibus calicum & vrceorum, lotioneq; manuum, &c. Arguebat item hypocritas ac Phariseos, dicentes, quod hominem verbo sanum facere, violatio foret sabbati, quando ipsi boues asinosque suos, si in foueam cisternam vè caderent, extrahebant die sabbati absq; peccato. Obediuit igitur summoperè legi, quia obediuuit suo Patri. Quomodo enim non obediret Patri, cuius facere voluntatem, suum esse dicebat cibum? Et duodecim adhuc puer, matri putatioq; patri, quando dolentes eum quæsierant, & iam inuenient in templo, dicebat: *Quid est quod me quarebatis? Ne sciebatis quia in his quæ Patris mei sunt, oportebat me esse?* Et quid sequitur? Et descendit cum illis, haud dubium hominibus, homo Deus, & erat subditus illis. Vides quia obediuuit ma-

T 2 tri, &

*Legem quæ perfectissime adimpleverit Christus*

*Matthew 23.*

*Lucas 13.14.*

*Matthew 4.*

*Lucas 2.*

*Matthew 23.*

**Luce 2.**  
**Matt. 17.**

tri, & quomodo non obediret Deo? Aut cui non obediuit, vbi obedire virtutis erat, Christus? Nonne infans in utero adhuc matris, partuit edicto imperatoris: maior tamen natu, didrachma soluit? Itaque obedientia humilitatis nihil est, quod non eius moribus, verbis, signis ad summum perfectionis doceretur, quod cum ita indubitatum vobis omnibus sit, nequaquam id longius tractari opera praeceps est. Neque enim decreui ijs quae circa eius vitam, sed quae circa eius occurrunt passionem, immorari. Omissis igitur alijs signis, a quae circa coenam ultimam, quam cum Apostolis, ut potest amicis suis, quoque bebat in mundo charissimos, conigerunt, quoniam plena sunt humilitate, plena charitate contueamur. Et primum quidem est, quod vniuersorum Dominus verus, item humilis, non erubuit mendicare, quod ad legis observationem necessarium, sibi defuit. Siquidem pro agni paschalib[us] nihil quod era necessarium, habuit: non domum, non agnum, non reliqua iuxta legem necessaria. Videsne quam studiosè legem voluit obseruare, quamdiu, noui testamenti lux nondum erat perfecta nec manifestata? Lex namque veteris testamenti aliquando ut necessaria seruabatur, nec transgredi hanc licebat. Aliquando tolerabatur, quando neque proficia, neque damnabilis esset, vt in initio noui testamenti in plantatione fidei Christianæ. Tunc enim non ita subiit lex erat abiencia ne male fuisse aut exitiosa putaretur, sed paulatim cum honore sepelienda. Modo vero legis obseruantia omnino foret damnabilis, quippe quae significaret futura, qua modo sunt praeterita. Haudquaquam enim alius est nobis Messias cum Iudeis expectandus, quia Messias iam venit: & quod patribus nostris aliquando erat futurum, ideo etiam in figura eis contingebant omnia, nobis est praeteritum. Christus igitur legem diligenter obseruauit: quam ut non negligenter vel per inopiam rogauit ex amicis suis quemdam, qui ad agni esum quae sibi forent necessaria, pararet, Edebat agnum sicut succinatum, tenens baculum in manibus, & reliquarum ceremoniarum legalium nihil est praetergressus. Sedebat inde post agni esum discumbens: quia fortasse alij quoque cibi tunc sunt illati, ad quos sedere licebat. Sedebat autem ad mensam non ut in cui ministratur, sed qui ministrat discipulis, humiliter porrigitur quae manducant & quae biberent. In quo certe teneram ad illos dilectionem atque suauissimum amorem monstrabat. Affectabant autem & discipuli hoc modo a dulcissimo magistro refici atque de eius manu capere, quicquid sumendum erat cibi. Hoc enim suauiter illos reficiebat, si manu benedicta Domini fuisse tactum: suauius autem, si ab eodem quoque sibi foret perfectum. Sedebat itaque in mensa, at solus non sedebat, sed assidebant ei discipuli. Quibus adeo se benignum, adeo familiarem præbuit, ut etiam super pectus suum discipulorum quidam dormiret. Porro cena facta, ipse surrexit: portisq[ue] vestibus, præcinxit selinteo: & aquam mittens in peluum, ante singulorum se pedes in genua inclinavit, luto los discipulorum pedes lauit, exterfigit (vt creditur) & osculatus est. Peractisq[ue] omnibus cum recubuisse iterum, huius facti rationem exponens, imitandæ humilitatis exemplum eos amplectari monuit: Scitis, inquiens, quid fecerim vobis ē hoc est, Scitis cur hoc fecerim? Neque enim ociosum est quod vobis ostendi. Vos vocatis m[eu] magister & Domine: & benedicis, quia verum dicitis. Sum enim. Si ergo ego Dominus & magister laui pedes vestros, cum ediuerso æquius fore, ut discipulus lauaret magis-

**Matt. 26.**

Legis obseruantia quædo fuerit necessaria, & quando tolerabilis, & quando illicta.  
**Ioan. 4.**  
**1. Cor. 10.**

**Matt. 26.**

Cœna legatis quæ.

**Marc. 14.**

Dilectio  
Christi erga  
fuos, quam  
sit tenera ac  
suauissima.<sup>\*</sup>

**Lucæ 22.**

Dilectio  
Christi erga  
fuos, quam  
sit tenera ac  
suauissima.<sup>\*</sup>

**Ioan. 13.**

Pedū lotio.

Humilitas  
Christi quo  
modo imita  
tanda.  
Ibidem.

**stro:** quanto magis vos debetis alter alterius lauare pedes? hoc est: Si ego humiliavi me coram vobis, quanto magis vos debetis alter alterius humiliari, non in lorione duntaxat pedū, sed in omni etiam obsequio, in quo cunctis officiis charitatis? Exemplum enim dedi vobis omnibus, non tam lauandorum pedum, quam imitandae humilitatis. Discite ergo meo exemplo, quia misericordia sum & humilis corde.

Iesus tanquam legis praevaricator, scandalosus odiosusque cur à Iudeis affirmatus sit.

**C**ontra hæc omnia Iudei, quos virtutum Christi luminosus obfuscabat Partis alteri splendor, propriæ iam pridem excœauerat inuidia, adeò ut sanum de riis Arguedo iudicium ferre nequirent, insaniebant. Vocabant enim eum legis menti explicatorem. Non est hic iniquus homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Violenti credebant sabbatum, si egrotum Christus quempiam, licet verbo, sanaret, in sabbato. Verum hanc illorum superstitionem Christus arguerat, illos interrogans: Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt: quia nullam habuerunt. quam responderent, præter inuidiam, rationem. Dixerat enim archisynagogus quidam infirmis, salutem à Domino querentibus: Sex dies sunt in quibus operari licet. In ijs ergo vel aliquo horum venire, non in die sabbati. Veruntamen Christus pro infirmis loquens, & illius miseratus cætitatem, arguit eum, hypocritam nominans, & ratione conuicit. Nihilominus tamen legis per- gunt ipsum vocare transgressorē & peccatorem. Quomodo, inquit, potest ibidem homo peccator hæc signa sacer? Rursusque: Nos scimus quia hic homo peccator est, hoc est, qui infirmos sabbato curat, & lutum facit, in eodemq; tolli lectum iubet. Verum quid dicit Iesus? Filius hominis dominus est etiam sabbati. Neque enim Christus sabbato, sed sabbatum Christo Deo arcu Dei filio institutum est. Nullo igitur pacto violare potuit sabbatum, nec delinquare in legem potuit autor legi ipsi lator. Veruntamen Christi vita optimè semper quadrabat legi, non aliter atq; subiectissimus fuisse omnium. Vocabant præterea illum Samaritanum, hoc est, eum qui legis quædam obseruat, quædam transgreditur. Porro quod scandalosum illum habuerunt, hoc est, illum qui scandali præbe- Scandali occret occasionem: similiter accedit, quod dicta factaq; eius aut non omnino, aut perperam intellexerunt: ut quando de carne sua manducandi, sanguineq; suo potando loquebatur, multi qui secuti fuerant Christum, quia non intelligebant eius verba, abierunt retrorsum, & amplius non ambulabant eum eo. Propterea enim discipuli inquit Iesu: Scis quia Pharisæi, audito verbo hoc, scandalizatis sint? Nam & ferorem eius in predicando, furorem iudicabant. Matth. 15. Insanit, inquit, quid eum auditis? Et scandalizabantur in eo. Certè ex multis bonis necessarijsq; operibus sequuntur scandalata, quæ tamen non præbentur, sed sumuntur. Necesse est enim vi siant scandalata. Quamdiu alter alterius cor non videt, & in deteriorem nos partern omnia volumus inuertere iudicando, necesse est ut scandalata sequantur.

Hac infirmitate nostra sic stante, hac conditione permanente, necesse est ut veniant scandalata. Veruntamen vero homini per quem scandalum venit, id est, qui occasionem præbet unde alijs trahuntur ad peccandum. Nec enim omne scandalum nocet, aut imputandum est in peccatum illi, ex cuius verbis, signis siue mori-